Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26050
Copyright: Admont, Benediktinerstift

postuleris ut dignetur nobis adse cursis auferre uelamen etiam de
hac lectione quam habemus in manibus et plenius nobis reserare
que tecta sunt. ut et nos possimus reuelata facie in his
que tecta sunt gloriam domini speculari. Erat uir unus ex
ramatha iniquit. et de monte effraim. Non me latet primo
hoc quod in aliquibus exemplaribus habetur erat uir quidam si in
his exemplaribus que emendatiora probauimus. ita habetur erat
uir unus. In quod nobis etiam quidam etiadicunt hebrei in ceus. acqui
escunt. Erat quidem uir unus. Videsne hoc ipsum ad laudem ponere
uisus. quod dicit de eo. erat uir unus. Nos quidem adhuc peccatores sumus
non possumus ista tantum laudis acquirere. quia unusquisque nrum non est unus
si multum. Intuere namque illum uultum nec iratum. nec rursum tristis. paulo
post rursum gaudentem et rursum turbatum et rursum lenis. in alio
tempore de rebus diuinis et uere etiam actibus esuriens. paulo post
ad auaricia. quae ad gloriam seculi pertinent molientis.
Videsne quomodo ille quia putatur unus esse non est unus. si tot in eo personae
uidentur esse quot mores. quia et secundum septuaginta insipiens sicut lu
na mutatur. Vnde et luna cum uideatur una esse. per substantiae
immutationem tamen semper a semetipsa alia est semperque diuisa
et sic etiam in ipsa estat quod una multae sunt. Sic quoque etiam nos
quia adhuc insipientes et imperfecti sumus. quia semper mutamur
sententiis. et semper diuisa cupimus. et sentimus. unus non possumus
dici. de iustis autem non solum per singulos unus dicitur uerum et omnes
cooperentur unus dicentur. Et cur non omnes unus dicantur. quorum cor et
anima esse desebrtur una. Una semper omnes sapientiam meditantur.
unum sapiunt. unum sentiunt. unum dominum ueneranturur. unum
aperm confitentur. uno spiritu replentur. Vnde et merito ipsi omnes non
solum unum sed et unus dicuntur. sicut apostolus designauit dicens. Omnes qui de
currunt. sed unus accipit palmam. Videsne manifeste quia omnis ius
tus unus est quia accipit palmam. Vere enim immutatur iustus qui talis
est unum dominum. Nam ut ego arbitror etiam illud quod pypham dicit